



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CDLXIII. Der Dechant Heinrich Belitz bestätigt eine von dem Pfarrer, dem  
Unterpfarrer und den Vicarien der Marienkirche zu Stendal für sich, ihre  
Nachkommen und sämtliche Kirchendiener gegründete ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CDLXIII. Der Dechant Heinrich Belitz bestätigt eine von dem Pfarrer, dem Unterpfarrer und den Vicarien der Marienkirche zu Stendal für sich, ihre Nachkommen und sämtliche Kirchenbiciner gegründete Brodspende, am 18. Dezember 1489.

Henricus Belitze, Decanus, Totumque Capitulum ecclesie Sancti Nicolai In Stendal, halberstadenſis diocesis, Romane ecclesie nullo medio ſubiecte, fidem facimus et firmiter attestamur, Quod conſtituti coram nobis venerabiles et honorabiles viri domini Hermannus Roxcze, Canonicus dicte ecclesie Sancti Nicolai et plebanus ecclesie beate Marie Stendaliensis, Thomas leptow, ſubplebanus, necnon Nicolaus Inſel, Jeorrius Teltow, Johannes Rutingk, Ludovicus Alſleue, henningus Brunow, matheus Braſke, Arnoldus horſteman, Johannes Oſterborch et Martinus Rule, perpetui vicarii in eadem ecclesia beate Marie, exhibuerunt factam per eos ſive conceptam ordinacionem Inſcriptam, Quam per nos approbari et confirmari inſtanter ac humiliter petierunt atque poſtularunt. Nos igitur Decanus et Capitulum predicti attendentes poſtulacionem huiusmodi fore juſtam et conſonam rationi, ordinacionem huiusmodi et in eadem contenta auctoritate noſtra ordinaria confirmauimus et approbauimus, confirmamus et approbamus per preſentes. Tenor vero Ordinacionis predictae ſequitur et eſt talis: In nomine domini Amen. Quoniam in agendis rebus jbi procul dubio plenius conſulitur, vbi mayus periculum intenditur, Sane hominem de anima et corpore compositum conſtat, corpore quidem corruptibili, Anima vero jmmortali; quanto igitur anima corpore melior, tanto nobilior et diuturnior ac ipſius cura intimior. Hinc eſt, quod venerabilis dominus hermannus Roxcze, Sancti Nicolai Collegiate Canonicus ac beate Marie parrochialis opidi Stendal, halberſtadenſis diocesis eccleſiarum plebanus, necnon honorabiles domini Thomas leptow, viceplebanus, Nicolaus Inſel, Jeorrius Teltow, Johannes Rutingk, ludovicus Alſleue, henningus Brunow, matheus Braſke, Arnoldus horſteman, Johannes Oſterborch et Martinus Rule, dicte parrochialis ecclesie beate Marie perpetui vicarii, Animarum ſuarum ſaluti pro poſſe Intendentes atque ſuorum predeceſſorum veſtigiis inherentes, pro vberiori ſacerdotum honeſta ſuſtentacione, elemoſinarum largiore erogacione et diuini cultus ſalubri augmentacione piis deuotorum cordium elemoſinis ordinarunt certam panum porcionem pro omnibus et ſingulis vicariis, Conductitiis ſive Altariſtis et Cuſtodibus atque in jam dicta parrochiali ecclesia eorum ſucceſſoribus diuinis officiis deſeruentibus et Interellentibus ebdomadatim perpetuis temporibus diſtribuendam, videlicet domino plebano et viceplebano cuiſlibet duplicem porcionem et reliquis ſacerdotibus ſimplicem, cuiſlibet vero cuſtodi dimidiam porcionem erogando. Terminarium eciam fratrum Sancti Auguſtini ex conuentu Magdeburgenſi pro tempore reſidentem, dummodo onus inſcriptum ad inſtar alterius ſacerdotis ſubire velit et in hoc aliis ſacerdotibus, vicariis ſcilicet et conductitiis ſe conformauerit, ad integram porcionem cum aliis preſbiteris volunt admitti. Pro huiusmodi elemoſinarum erogacione, ſacerdotibus atque ecclesie miniſtris, ſic ut premititur, ebdomedatim diſtribuendarum, ne anime fidelium, qui huiusmodi beneficia manualia ſive elemoſinas elargiti ſunt, Eciam qui manus ad hoc pium opus Inpoſterum porrexerint adiutrices, debita retribucionem fruſtrentur, jam dicti domini decreuerunt et ordinauerunt, pro diuini cultus ampliacione, ſingulis diebus diuerſis per circulum anni perpetuis temporibus hora prima ante veſperas diei vigiliis vnacum placebo et ſequenti die miſſam ſolempnem pro deſunctis non miniſtrantibus ex ordine, niſi feſtum impediatur, per quemlibet ſacerdotem et cuſtodem deuote decantare. Inſra quam Viceplebanus teneatur facere exhortacionem ad populum pro benefactoribus et qui ſuas



porrexerint elemosinas ad hoc officium instituendum, qua finita commendationem solempniter peragere atque iidem sacerdotes et custodes et vnusquisque in vigiliis ante magnificat vel in missa ante vel saltem sub kyrieleyson debent se in choro in stallo suo sub pena carencie presentasse, nec ante finem vigiliarum et commendacionum recedere sub simili carencie pena. Verum si aliquod incidens festum id impederit, in proximam feriam sequentem dicte vigilie vnacum missa transferantur. Et si quis in altero officiorum predictorum se absentauerit, media, si vero in vtroque absens fuerit, tota porcionibus sine gracia carebit, illis tantum exceptis, quos iusta et rationabilis corporalis necessitas aut euident ecclesie vtilitas reddit excusatos. Preterea quia dominum in sanctis venerari iubemur, ob celebriorem sanctorum venerationem, prefati domini decreuerunt ac ordinauerunt in certis festiuitatibus ad quorum patrocinia affectuosam gerunt deuotionem, quod omnes et singuli supradicti diuinis officiis in predicta parrochiali ecclesia beate Marie deseruientes infra missarum solempnia, dummodo hoc per procuratorem vicariorum fuerit pro tempore intrancium, sub kyrieleyson in stallis suis se presentantes et ibidem usque ad finem oracionis dominice perseuerantes, vnacum simulam loco presenciarum debeant deseruire, oracionem post eleuationem corporis dominici pro elemosinariis, si ab hac luce decesserint, psalmum de profundis cum collecta Deus, cuius misericordie non est numerus, Et fidelium, Si autem vita viuent, psalmum Deus misereatur nostri, cum preterende Et Omnipotens sempiternus Deus, qui viuorum dominaris simul et Mortuorum etc. Collectis et versiculis premissis. Ad hec ita, ut premittitur, obseruanda quemlibet volunt esse astrictum et obligatum. Denique ut tam solempne, tam pium tamque diuinum officium, de largifluis cristifidelium elemosinis potissime ad animarum salutem institutum, possit continuari ac perpetuis temporibus per ipsorum successores ita, ut premittitur, obseruari, tum cause persuadeant racionabiles ac diuini cultus augmentum salubriter id deposcit, iidem domini deliberarunt et decreuerunt ad laudem omnipotentis dei et in honorem Sancte et semper benedictę Trinitatis, Singulis quartalibus anni semel, loco supradicte misse pro defunctis, cantare atque celebrare missam de sancta Trinitate vnacum ministrantibus solempniter per omnes et singulos sacerdotes, quam eciam cum oblationibus ad altare debeant et teneantur decorare, Et sub eleuacione corporis dominici Versiculum, O adoranda Trinitas cum sequenti ob specialem reuerenciam tam Benedicte Trinitatis psallendo pronunciare. Demum quia opera predecessorum posteris lucere debent in exemplum, ut predictorum dominorum in beneficiis siue officiis Successores in predictis bonis operibus siue elemosinis se faciant participes, decreuerunt ac salubriter ordinauerunt, vt quilibet vicarius in posterum instituendus cum sui beneficii possessionem nactus fuerit, pro perpetua obseruacione dicte ordinacionis vnacum florenum renensem procuratoribus panum prenarratorum pro tempore deputatis et vnacum talentum cere, Conductiuus vero in primo ingressu ecclesie et antequam de panibus predictis percipere possit medium talentum cere eisdem procuratoribus pro candelis infra diuina habendis dabit et largiter erogabit, pretium a summo ac omnium bonorum largitore recepturus. Et ut hec ordinacio eo vtilius atque diligentius dirigatur et gubernetur ac deo propicio futuris temporibus in perpetuum conseruetur, Duo pro tempore eligenter administratores bonorum ad dictos panes deputandorum et donandorum in futurum, videlicet vnus de vicariis et vnus de conductiuis, qui semel in anno de omnibus et singulis per ipsos perceptis et expositis Coram vtroque plebano, si ambo velint et possint commode adesse, Alioquin coram altero eorum, ac singulis aliis vicariis aliisque presbiteris eciam Conductiuis in dicta ecclesia deseruientibus debeant et teneantur facere racionem, ad quod quidem officium, administracionem bonorum, necnon ad seruendum siue ministrandum altari ad missam pro defunctis Et de sancta Trinitate neuter dominorum plebanorum compelli seu astringi debeat inuitus, nec qui-



dem refutari possit ad administracionem huiusmodi electus volens seu petens ad illud se admitti. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras nostri Capituli maioris Sigilli Iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Stendal in loco nostro capitulari, Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, Die Veneris, decima Octava mensis Decembris, pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini nostri, domini Innocentii, diuina prouidencia pape Octauu, Anno Sexto.

Nach dem Originale im Pfarrarchive der St. Marienkirche No. 43.

CDLXIV. Der Rath zu Stendal verkauft dem St. Annenkloster daselbst eine Rente von dem Rathhause, am 25. Juni 1490.

Wy Ratmanne tho Stendal bekennen apenbar betügende in vnd myt düsem brieue vor allesweme, dat wy myd rade vnde vulborde vnser Gildemeister von vnser Stadt wegen ver-  
kofft hebben vnd verkopen, in craft düses brieues, den gheistliken vnd jnngen Süstern — tho öhrer behoff drie Ferdinghe jarliker renthe vor acht vnde drittigsten haluen Rhinsche Gulden, de vns Claus van der Jentze wol to dancke bethalet vnd vernöget hefft vnd fort in vnser Stadt nüt vnd framen gänzliken sind gekomen, Disse vorschreue drie Ferdinghe jarliker renthe schollen wy vnd vnse nabkamen Rhatmanne tho Stendal den genanten Süstern vnd öhren Nakomelinghen alle Jhar van vnser Rhathuse geuen vnd betalen vp Johannis to Middenommer ane Infage — Des tho Orkund hebben wy vnser Stad grote Ingefelgel, dar dat kleine tho rügge gedrukert is, hangen laten an düsen brief. Gegeuen nah Christi vnser Heren Gebord Dufend virhundert, darna im negen-  
tisten, am frydaghe nach Johannis.

Gerden's Fragm. VI, 101. 102.

CDLXV. Kurfürst Johann gestattet dem Peter Rinow zu Stendal die Verpfändung verschie-  
dener lehnbarer Hebungen, am 27. Juni 1490.

Wy Johans, von gotts gnaden Marggraue to Brandemborch, des hylignn Romi-  
schen Ryks Ertz-Camerer vnd Churfurt, to Stettin, pomeren etc. Hertog, Burggraue to Nurmberg vnd Furt to Rugn, Bekennen apenbar mit düsem brieue vor vns, vnse eruen vnd nakommen vnd sunft vor allermeriglich, dat wy vnsem Borger to Stendal, peter Rynow, von syner anlig-  
genden not wegen vergont vnd erlouet hebben, vnser liuen Andechtigen vnd getruwen den Vica-  
rien to Sante Jacob vnnnd dem kalant In vnser Stadt Stendal vnd orn nakomen viff winspel acht  
schepeel hards korns vnd anderhalff schock geldes Jarliker tinfse vnnnd rente in den dorpernn In-  
fell, scharstede, Erxleue, Warborch, in Mockeren by Ereckleue, In daly m vnnnd